

Lythraceae africanae.

Von

E. Koehne.

Rotala L.

R. heteropetala Koehne; propter folia omnia late cordata-ovata diversa et a *R. filiformi* et a *R. Dinteri* praeterea differt a *R. filiformi* semper apetala petalis irregulariter evolutis.

Var. Engleri Koehne; folia circ. 2 mm longa, 1,5 mm lata. Bracteolae tubo calycino multo breviores minutae. Calyx 1,5 mm longus. Petala nunc 1 subulatum nunc 1 oblongum nunc 2 anguste oblonga sepalis fere $\frac{1}{2}$ breviora nunc 2 oblonga 2 minutissime subulata etc. Stamina 2 v. haud raro 3. Capsula immatura subgloboso-ellipsoidea lobos paullo superans, matura ellipsoidea lobos manifeste superans.

In typo folia 4—6 mm longa, 3—4 mm lata, calyx 2 mm longus, petala 4 pro parte subulata pro parte obovato-rotundata v. omnia subulata, stamina 2, raro 3, capsula (an matura) subgloboso-ellipsoidea lobos paullo superans.

Rhodesia: Victoriafälle, grasiger Rand des Regenwaldes um 930 m ü. M. (A. ENGLER n. 2983. — 12. u. 13. Sept. 1905).

Adn. An exemplaria a cl. HIERN sub *R. filiformi* citata, prope cataractas Victoriae collecta huc pertinent?

R. cataractae Koehne n. sp. Alt. 6—44 cm. Caulis e basi repente ascendens ramosque caespitosos emittens, ut rami quadrangulus. Folia decussata, inferiora internodiis subbreviora, superiora imbricata, sessilia, cordato-ovata (ad 4 mm longa, 2,5 mm lata) obtusissima. Flores in axillis solitarii, sessiles, homoeomorphi. Bracteolae calyce multo breviores lineares scariosae albae. Calyx (2 mm) campanulatus; lobi tubo dimidio aequilongi triangulares enerves; appendices 0; nectarium subquadri-lobum. Petala lobis duplo longiora, ovata, subunguiculata, persistentia. Stamina 4, vix infra medium tubum inserta lobis paullo breviora. Ovarium ovatum, tubum circ. dimidium aequans; stylus ovario aequilongus, stigma majusculum papillosum. Capsulae bivalves, sed maturae defecerunt.

Rhodesia: Victoriafälle, grasiger Rand des Regenwaldes, bespritzte Felsen, 930 m ü. M. (A. ENGLER n. 2990. — 12. u. 13. Sept. 1905).

Adn. Species maxime affinis *R. fontinali* Hiern, in qua vero petala lobis calycinis breviora calycesque latius breviusque campanulati lobis tubo circ. aequilongis.

Nesaea Commers.

N. Engleri Koehne n. sp.; (specimen unicum). Habitus *Ammanniae* sed ovarii fructusque indoles omnino *Nesaeae*. Annua, alt. 25 cm. Caulis basi tantum ramosus, ut rami ascendenti-erecti quadrangulus angustissimeque 4-alatus alis minutissime irregulariterque scabrato-denticulatis. Folia decussata, internodiis inferiora aequilonga superiora dimidio longiora, (in sicco) reflexa, e basi parum dilatata subcordata lanceolata, (10—14 mm longa, 2—4 mm lata), obtusa, margine minutissime scabrato-denticulata, uninervia v. basi obscure penninervia. Dichasia inde a caulis basi axillaria, 3—7-flora; pedunculi 1,5—3 mm, infimi nonnulli ad 5 mm longi; pedicelli peculiare 1—2 mm longi; bracteolae pedicellis circ. aequilongae lanceolato-lineares albicantes. Flores 4-meri, paucis 6-meris intermixtis. Calyx (3 mm) initio cylindraceo-quadrangulus sed propter fructus celerrime maturescentes mox ellipsoideo-globosus, apice retusus; lobi lati sed brevissime fere retusi v. subemarginati minutim mucronulati; appendices validissimae ovatae lobis sublongiores; nervi 8 (v. 12) minutissime scabrato-denticulati. Petala 4 (v. 6) fugacissima, calycis circ. tertiae parti aequilonga, ovalia (videntur albida). Stamina in floribus 4-meris 8 (an semper?, forsitan interdum pauciora), tubo paullo infra $\frac{1}{3}$ inserta, tubi $\frac{1}{2}$ demum $\frac{2}{3}$ aequantia, epipetala episepalis paullo altius inserta ac debiliora antheris multo minoribus. Ovarium ellipsoideum calycis circ. $\frac{1}{2}$ aequans, stylus circ. $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ mm longus stigmatibus parvis; placenta cum stylo continua (character generis *Nesaeae*). Capsula ellipsoideo-globosa, tubo inclusa tubo parum brevior, stylo lobos aequante, parietibus tenerrimis, operculo stylifero in placenta subpersistente parvo dehiscens, parte inferiore apice irregulariter subquadriloba (character *Nesaeae*).

Usambara: Mombo, Sumpf in der Buschsteppe, ca. 550 m ü. M. (A. ENGLER n. 3348. — Okt. 1905).

Adn. Species distinctissima, habitu omnino ammannioideo, affinis videtur *N. crassicauli* (Guill. et Perr.) Koehne et *N. loandensi* (Hiern) Koehne, post quas inserenda. Floribus 8-andris praeter alias notas ab utraque valde distincta.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanische Jahrbücher für Systematik, Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie](#)

Jahr/Year: 1907

Band/Volume: [39](#)

Autor(en)/Author(s): Koehne Bernhard Adalbert Emil

Artikel/Article: [Lythraceae africanae. 663-664](#)